

*dela libr. R.*

CLAUDII SESELLII,  
VIRI PATRICII,  
DE REPUBLICA GALA-  
liae & regum officijs,  
Libri duo.

Ioanne Sleidano, Interprete. Autore  
Gammal

Adiecta est summa doctrinæ Plato-  
niæ, de Repub. & Legibus.

ARGENTORATI, IN  
ædibus Vuendelini Ribelij.


ANNO M. D. XLVIII.

Corregido conforme edicte 1640. classica  
17. Nov. 17. de 1640.

*Paulo Sherloque*



S E R E N I S S I M O  
Principi, Eduardo, eius nominis se-  
xto, Angliæ, Franciæ & Hi-  
berniæ Regi, Ioannes  
Sleidanus  
S. D.



N T E R A L I A S P H I-  
losophiæ partes, qui  
doctrina reliquis o-  
mnibus præstiterunt,  
Plato & Aristoteles,  
hanc etiam diligenter atq; copiosè  
tractarunt, serenissime rex, quæ ciui-  
lem societatem & reip. procuratio-  
nem complectitur. Nec enim satis  
esse putabant, ea solum mandare lis-  
teris, quæ uel ad ingenij cuiuscq; cul-  
turam, uel ad formādos mores, uel  
ad synceram atq; perfectam animi  
tum uoluptatem tum consolatio-  
nem pertinent, sed elaborandum eti-  
am sibi ducebant, quemadmodum  
publicè prodeßent, & eam qua præ


C L A V D I I   S E S E L  
ij, de Republica Gallie, & Regum  
officijs, Liber primus.



MISSIS PHILOSO-  
phorum prolixis dispu-  
tationibus, rem ipsam sta-  
tim aggrediemur. Ad-  
ministrandæ ergo reipu-  
blicæ tria sunt genera,  
quum uni tantum rei summa permitti-  
tur, Monarchiam : quum pluribus atq;  
præcipuis populis , Aristocratiam : ubi  
uerò multitudinis est imperiū, Democra-  
tiā uocant. Ex ijs optimum statum esse  
putant, Monarchiam, quando princeps  
est vir bonus & prudens & reip.amans.  
Quia uerò difficillimum est in tanta po-  
testate, seruare æquitatem : alterum ges-  
nus, quod est optimatum & hominum  
delectorum, uidetur esse præstantius &  
tolerabilius , & firmiore fundamento  
subsistere, quando uidelicet ex omni  
multitudine ij præficiuntur , qui virtute  
& ingenio maximè antecellunt . nam  
qui sunt in his uitiosi, reliquorum impe-  
rio facile cohercentur . Tertium genus,

# S V M M A D O C T R I-

## næ Platonis de Republica & legibus.



LIBRO PRIMO SO  
crates cum alijs nonnul-  
lis amicè ac familiariter  
cōfabulatur de senectus  
te, & per occasionem ser-  
monis incidit quæstio,  
quidnā sit illud, quod Iustum appellas-  
tur: pleriq; sic definiebant, ut dicerent Iu-  
sticiam esse uirtutem quę suū cuiq; red-  
dat. Eam definitionē impugnat Socras-  
tes, et ait ad iustitiam pertinere, depositū  
reddere: sed tamen furioso minimè red-  
dendum esse quod deposuit. non esse  
igitur idoneam satis atque firmam hanc  
definitionem. Erat qui diceret, iusticiam  
esse, quæ bene faceret amicis, male au-  
tem inimicis. Hoc ipsum quoq; Socras-  
tes resellit, & more suo per minutus in-  
terrogatiunculas colligit atque demon-  
strat, esse pr̄eter officium viri iusti noce-  
re cuiquam. Tertia fuit sententia Thra-  
symachi, Iustum esse nihil aliud, quam  
quod homini præpotenti, & qui magi-

